

Dñica sexta post trinita.

nolint capiuntur a deo a diabolo et a peccato
De enim eos capiet et diabolo tradet et diabo-
lus ipsos carcere infernali includet. Peccatum
vero sic inclusos alligabit et inuoluet q̄ nunq̄
inde exhibunt. ideo salutarē doctrinā dat unicui
q̄ tali dñs **Matth. v.** Istō p̄sentiens aduersa-
rio tuo. i. diuino sermoni qui aduersatur multū
peccatoribus dum es in via. s. merendi cum eo
ne forte tradet te iudici. i. chusto et christus tra-
det te ministro. i. diabolo et in carcerem mitteri
Amen dico tibi nō exies donec inde reddes no-
uissimum quadrantez. id est. donec saluas penā
non tñ. p̄ peccatis magnis. sed etiam puis. et q̄
hoc facere non poteris. quia in inferno nulla ē
T redemptio. ideo nunq̄ exhibis. **Tertij** sunt lubri-
ci et incontinētes similes anguillis que latitant
in limo profundo que capi nō possunt nisi facto
magno tonitruo quo facto p̄mo exeunt. **Et** q̄
a piscatoribus capiuntur vt dicunt naturales.
Sic et quidam incontinentes capi non possunt
qui in luto luxurie latitant. et si interdum capiū-
tur ad horam tamen adinstar anguillarū de ma-
nu capientium lubricant. sicut dicitur de ipsis.
Thren. iiii. Lubricauerunt vestigia quia ex vno
peccato in aliud cadunt. **Sicut** testatur **Greg.**
xxx. moral. Peccatum quod non per penitenti-
am diluitur mox in aliud trahit. **Si** tamen sit to-
nitruus diuine comminationis et predicationis
videlicet fornicatores et adulteros iudicabit do-
minus. ad **heb. xiiij.** Tunc interdum exierūt de
limo peccati et luxurie et capiuntur rete predi-
cationis. **Sicut** patet de **Maria magdalena.**
Quarti sunt parui et timentes similes piscibus
U minimis qui exiliunt de foraminibus retis. **Sic**
cut quidam pusillanimes non intrant sermōes
et si intrauerint et ibidē aliq̄ ardua que pro pec-
catis facere debent audierint quasi parui et pu-
silli timentes op̄s penitentie aggredi exiliunt
rete predicationis. **Contra** quos dicit **Chrys.**
super **Matth.** Tria sunt genera personarum q̄
propter aduersa non timēt agere opera sua bo-
na. scilicet agricola miles et negociator. **Non**
debent ergo serui dei timere contraria cum sint
milites dei. **Iuxta** illud. **ij. Timo. ij.** Labora si-
cut bonus miles **Iesu christi.** **Nec** debent ope-
ra bona timere seminare cum sint agricole dei.
Quia dicitur **Eclesiastes. xj.** Qui obseruat vē-
tum scilicet aduersitatis non seminat scilicet bo-
na opera. **Nec** debent timere talentum. id est.
gratiam sibi datam ad lucrandas animas im-
pendere. **Sed** pro eis se exponere debent cum
sint negociatores. **Luc. xix.** **Negociamini** dum
venio.

Dominica sexta post trinita-

tis **Sermo primus.**

In nouitate

I vite ambulemus. ad **Ro. vi.** ex-
perientia docet q̄ nullus babi-
tat libenter in domo illa que est imunda penuri-
osa ruinoso tenebrosa sumptuosa angusta obli-
gata et piculosa. **Sed** ecōtra i domo lucida abū-
danti noua. et sic de alijs. **Moraliter** consciētia
hominis peccatis grauata est domus immun-
da. **Iuxta** illud **Esa. lxiij.** Peccauimus et facti
sumus immundi. **Quia** dicit **Hugo li. iij.** de ar-
ca **Noe** quādiu homo ordinem sue nature tenu-
it iustus et innocens fuit. et quāuis exterius per
actionem variaretur intus tamen per intentio-
nem et amorem stabilis permansit. quia vnum
intendebat et propter vnū omnia faciebat. vnū
diligebat et omnium voluntatum atq̄ actionū
suarum finem ad vnum referebat creatorem q̄
solus sufficebat. **Et** ratio est quia **Adam** anteq̄
peccauit et a iusticia cecidit charitatē habuit si-
ne qua iustus et inocens eē nō potuit. vt dicit **Aug-**
ustin. et ponit de pe. di. ij. c. **Nemo** pōt. **S.** Si
sine charitate. **Sed** statim sicut **Adam** a deo se
auertit charitatem p̄didit et malus inuentus est
et immundus. vt dicit **Aug.** ibidez sicut et nunc
qui iniusticia et innocentia viuunt omnes opati-
ones suas in deum dirigunt in rectitudine et no-
uitate vire ambulant et non in vetustate. vt sua-
dent verba apostoli in themate allegato. **Sed**
quācito se a deo auertunt in vetustatem pec-
cati cadunt. **Ideo** domus conscientie merito di-
citur immunda. **Item** est penuriosa quia pecca-
tum depauperat hominem expellendo gratiam
mediante qua diues esset. **Ideo** dicit **Hiere. v.**
Peccata vestra prohibuerunt bona a vobis.
Tertio est ruinoso. quia debilitat animam vul-
nerando vt cito ruat de peccato in culpā. **Ideo**
dixit dominus **Proverb. viij.** Qui peccat in me
ledit animam suam. **Quarto** domus conscien-
tie per peccatum est tenebrosa. quia peccatum
obcecat obnubilando rationem. **Iuxta** illd **So-**
pho. j. Ambulauerunt vt ceci. quia domino pec-
cauerunt. **Quinto** est sumptuosa. quia con-
sumit gloriā subtrahendo. **Iuxta** illud **Esa.**
xxvj. In terra sanctorū iniqua gessit non vide-
bit gloriā domini. **Sexto** domus p̄sciētie p̄ pec-
catū fit angusta q̄ coartat redeūdi facultatem
Quia dicit p̄s. **lxxvij.** **Nō** ē spūs vadens. s. libere
in pctm et nō rediēs de perse a pctō. q̄ peccata
nra sup nos sunt **Ezech. xxij.** **Septimo** ē obli-
gata q̄ obligat ad gehennā. ad **Ro. vi.** Stipen-
dium peccati mors. **Octauo** ē periculosa. quia
periclitat ducendo in consuetudinem. **Iuxta**

Alud **Greg. iij. moral.** Peccatum qđ nō per pe-
nitentiam diluitur. **zē.** Ideo in tali domo. s. con-
scientie peccatrici que tot habet incommoda
nō debet hō inhabitare. **Sz** debet eā p peniten-
tiam innouare. **fm** qđ suadet aplūs in vbis pre-
missis cum dicit. **In nouitate vite ambulem.** et
hortatur ad duo. primo ad virtuosam renouati-
onem ibi. **In nouitate. scđo** ad studiosam ambu-
lationē ibi. **Ambulem.** q. d. Ambulare debe-
mus de virtute in virtutē et non stare quia stare
est deficere. **Circa** qđ notandū. multe sunt ino-
uaciones creaturarū que nos informant ad re-
nouationē virtuosam. **Prima** ē aquila. de qua
dicit **Aug. sup ps.** Aquila cum senuerit. ita in-
curuatur eius rostrū vt vix possit capere cibum
et contra hoc incōmodum inuenit remedium qđ
petram sibi querit contra quam fortius concu-
tit rostrū et allidit et sic deponit on^o rostri et ci-
bum capiens resumptis viribus iuuenescit. **So-**
dez modo debēt se inouare pctōres. **Primo** om-
nes detractores adeo habēt ora curuata qđ ra-
ro vel nunq̄ recte de proximo suo loquuntur. et
sunt detractores illi qđ aliqđ false dicunt de alio
ea intentione vt ipse minus ab alijs appciari vlt
amari possit. et sanct^o **Tho. ij. ij. q. lxxij.** detra-
ctionē cōtingit fieri tripliciter. **Primo** qñ aliqđ
bona que facit hō diminiuit vel male exponit tā
quā mala intentione sint facta. **Et** hec detractio
est mala. de qua **Abrys.** Sunt qđem pueri ho-
mines similes phariseis qui de omni re quaz vi-
dent false iudicant et in peius interpretātur. vacat
quis humilitati dicunt hypocrita est. si recrea-
tioni dicunt gulosus est. si patientie pauidus est
si simplicitati fatuus est. si sapientie superbus est
si iocunditati dissolutus est. si religioni singula-
ris est. si societati secularis est. si silentio et paci-
fikator est. si vigilijs et oratiōibus indiscretus ē
si cōtemplationi somnolentus est. si predicatio-
ni et salutē aliorū appetitor laudis. **hec Abrys.**
Ecce qđ curua rostra imo verius ora habent de-
tractores tales. **Scđo** detractio fit qñ aliquis
defect^o alicui^o veros et occultos tñ de lege chari-
tatis celandos publicat et pponit sub intentione
famam ledendi. et hec detractio est peior qđ nul-
lo modo fieri debet. etiaz dato qđ quis sciat tur-
pissimum ab aliquo perpetratum non debet eū
infamare. sed seruata fama debet eum corrigere
vt velit se emendare. **Ideo** dicit **Aug.** quid est
inquit si in te peccauerit frater tu^o et tu scis quia
peccauit in te. i. contra te corripas illuz. primo
in secreto ne si in publico corripas non sis cor-
reptor sed criminis fraterni pditor. **Ideo** corri-
piendus est frater seorsum ne si semel pudorem
amiserit pmaneat in peccato. **Tertio** detractio
fit qñ aliqđ falsa crimina fingit et innocentibus

imponit. **Et** hec pessima ē. et ideo oīs detractōi
figuratur per illam bestiam quam vidit **Daniel**
c. vij. que filis erat viso. et tres ordines dentiu^z
erant in ore eius. et dictum est ei. surge et come
de carnes plurimas. **Sic** detractores tres mo-
dos detrahendi habent qđ significātur per tres
ordines dentiu^z. videlicet bona aperta diminu-
endo. mala occulta publicando et crimina falsa
imponendo. quibus carnes proximorum come-
dent. **Iuxta** illud **Job. xix.** Quare me persequi
mini sicut deus. et carnib^o meis saturamini. **Qđ**
Greg. xix. moral. exponit dicens. Qui aliene
vite detractioe pascunt alienis proculdubio
carnibus faciant. **Sed** diceret. vnde detractio
oritur? dicūt doc. qđ maxime a duob^o. **Primo** ex
supbia. nā sicut ex eleuatione vni^o ptis statere
oritur depressio alteri^o. **Sic** supb^o detrahit alte-
ri ne equet sibi. **Aqua** detractioe apls **Jaco.**
quemlibet fidelem volens retrahere ait. **ca. iij.**
Humiliamini in p̄spectu dñi et exaltabit vos no-
lite detrahere. **Scđo** oritur ex inuidia. **Nam** si ē
oculus videns rem a longe detrahit quantitātē
rei ipsaz nō quāta est iudicādo. **Sic** inuidus cū
bonū alteri^o videt. p bono qđē quo deberet enī
diligere detrahit sibi. ideo dicit ppha. pro eo vt
me diligeret detrahebāt mihi. **ps. cxij.** **Sz. d.** qđ
qđ^o reb^o cōpant detractores? rñdet qđ trib^o re-
bus malis. **Primo** sepulcris mortuorū. quia de-
tractores sp vident habere os aptū ad modum
sepulcri fetidi. **Nā** sicut ex sepulcro cū aperitur
exalant vapores fetidi et intollerabiles. sic est
de istis. qđ si ē cor eorū sp plenū est malicia. **Sic**
aperitur os eorū siue guttur ad loquendū cum
erūpūt vba detractoria. **Ideo** dicit ps. v. Sepul-
crū patēs ē guttur eorū linguis suis dolose age-
bant. ideo petiuit eis penam dicēs. iudica illos
de^o. **Scđo** cōpant spētib^o venenosis maliciofis
et occultis. **Eccl. x.** Sic serpens mordet in silen-
tio nihil eo min^o habet qđ secreto detrahit pro-
ximo suo. q. d. sed p̄cise similis est ei. **Quare** dicit
Bern. in li. detractōnū. Iuste quidem serpentē
ipsum esse dixerim detractorez qui more lingue
triplicate serpentine tres percutit et occidit. vi-
delicet seipsum dum detrahit. audientē dum cō-
sentit et ipsum cui detrahit quem tam venenoso
taculo lingue perimit. vnde detractor est nō so-
lum ille qui detrahit. **Sed** etiam qui detrahen-
tem audit et consentit. vt patet. **vj. q. j.** Ex meri-
to. **Et. xj. q. iij.** Non solum. **Ubi** dicit canon.
Non solum ille reus est qui falsum de aliquo
profert. **Sed** is etiam qui aurem cito crimini-
bus prebet. **Et** dicit **Bernardus.** Nescio vtruz
maius peccatum sit detrahere vel detrahen-
tem audire. **Tertio** comparantur furibus imo
peiores sunt furibus. **Nam** sicut melius est

Dñica sexta post trinita.

nomen bonum q̄ diuitie multe. **Proverb. xxiij.**
Ideo detrahēdo peiores sunt qui furant famā
alioz q̄ qui substantiam eozū auferunt. vt patz
vj. q. j. **Ex merito. z. c. deteriores.** Deteriores
sunt inqt qui vitam moresq; aliozū auferunt.
z corrumpunt his qui substantiam aliozū pre
diaz diripiūt ppter quod tales tenent ad resti
tutionem fame p̄rimozū. **Quia dicit Aug.** vt
habetur de regulis iuris li. vj. **Peccatum nō di**
Dmittitur nisi oblatū restituatur. **Sed dices qñ**
z quomodo restituenda est fama? rñdet **Tho. ij.**
ij. q. lxiij. Aliquis potest auferre famam triplici
ter. **Uno modo** verum dicendo z iuste. puta cū
aliquis iuste crimen alicuius prodit seruato o
dine. z tunc non tenetur ad restitutionem fame
Alio modo falsum dicendo z iniuste. tunc tenet
ad restitutionem fame dicendo z confitendo fal
sum se dixisse et iniuste. **Tertio** verum dicendo
sed iniuste puta cum quis prodit crimen alteri
contra ordinem debitum z tunc tenetur ad resti
tutionem inquantū potest sine mendacio. vt scz
dicat se male dixisse vel q̄ iniuste eum diffama
uit vel si non possit ei famam restituere debet ei
aliter recompensare. vt probatur. v. q. j. c. **Qui**
dam. z. xliij. q. vj. **Si res.** **I**deo necessarium ē ta
libus q̄ os curuatum ad detractionem p̄us p
cuterent ad petram christum. de qua dicitur. j.
Cor. x. **Petra erat christus qui nulli detraxit.**
nec maledixit. j. Pet. ij. **Qui cū malediceret nō**
maledicebat vt sic deponeret on⁹ hoc graue de
tractionis sui ozis z renouaretur ad vitam gra
tie. **Secundo modo** deberet se renouare ad mo
dum aquile omnes discordiarum seminatores
qui habent rostra curuata ad faciendum hosti
litates aut lites. **Naz dicit Quidius** methamor
pho. li. ij. q̄ **Hadus rex grecorum** serpentinos
dentes seminauit in terra ex quibus succreuerūt
milites armati qui statim in se inuicem irruētes
acerrime conflixerunt z se mutuo perimerunt.
Isto modo quidam mali homines seminant dis
cordias inter illos qui debent esse amici q̄ den
tes discordie statim crescūt in milites armatos
quia verba concepta in cordibus hominum ad
effectus hostilitatis et inimicitie procedunt et
qñq; ad pugnā. ideo seminare discordias. **Se**
ptimum est eozū que odit de⁹. **Proverb. vj. sex**
sunt que odit deus z septimuz detestatur anima
eius. oculos sublimes. animā mēdacē. **Manus**
effundentes sanguinem innoxiiū. cor machinās
cogitationes pessimas. **Pedes** veloces ad cur
rendum in malum. testem fallacem. **Et eum qui**
seminat inter fratres discordias. ideo illis sicut
et detractoribus necesse est vt p̄ petrā christum
renouentur z mūdentur. **Quia dicit Esa. vj. Ve**
nit ad me vnus de seraphin et in manu eius cal

culus quem forpice tulit de altari et tetigit os
meum et dixit. ecce tetigi os z labia z auferetur
iniquitas tua et peccatum tuum mundabitur. p
istum calculum aut lapidem potest itelligi chri
stus per quem detractores z discordie semina
tores mundantur vt cibis delectabilis z cōfor
tatiuus de ipso eis fluat. **Iuxta illud ps. lxxx.**
Alibauit illos ex adipe frumenti. i. de corpe chri
sti. vt dicit magister in glo. **Et de petra melle sa**
turauit eos. i. sapiētia christi. **Nā mystice p̄ mel**
intelligit sapiens. **Quia sicut mel inter res cor**
poras p̄matum tenet dulcedinis. ita sapientia
inter dona spūs sancti. **Et non solum de ista fluit**
eis cibis confortans. sed etiā potus mire recre
ationis z recreatiuus. **Iuxta illud ps. lxxviij.** **In**
terrupit petram et adaquauit eos. vbi dicit ma
gister petrus lumbar dus. q̄ hoc mystice intelli
gitur de petra que est christus cui lar⁹ irruptuz
fuit in cruce. z hoc in heremo hui⁹ seculi vt edu
ceret sitienti fidem fluentam spiritus sancti ac ce
dente ligno cruci quasi virga. **Moyſi vt gratia**
manaret credentibus. **Secūda innouatio ē ser**
pentis. **De hoc dicit beatus Aug.** in sermone
de prudentia ad fratres heremitas. **Prudentia**
serpentis est q̄ veterem pellem per singulos an
nos exuere didicit quam deportans angustum
foramen perquirat. per quod transiens cum do
lore pellez relinquit sciens q̄ deposita pelle pul
chrior apparebit z subdit mystificationez. p̄ hoc
inquit fratres mei datur intelligi q̄ si nos pellē
vitiorum deponamus z paratam viam stigma
tum christi videlicet per veram penitentiā tran
seamus tunc pulchriores apparebimus. p̄ hoc
foramen diues ille **Iacheus** intrauit quādo om
nia sua bona pauperibus erogauit. **In hoc fo**
ramine illa maria meretrix in domo Simonis
habitum meretricis deposuit et plorans ad ve
stigia saluatoris vestem sibi innouauit. **hec Au**
gustinus. **Si ergo volumus ab omni peccato in**
generaliter per penitentiam innouari que est ar
ta via que ducit ad vitam. **Matth. vii.** **Necesse est**
vt prudentiam serpentis habeamus. ad qd̄ hor
tatur nos saluator. **Matth. x.** **Estote pruden**
tes sicut serpentes. **Vel per pellem moraliter i**
tellige motum carnalē. qui quotidie mouet car
nem nostram ad luxuriam aut fornicationem.
de quo **Job. x.** **Pelle et carne vestisti me.** id est.
motibus carnalibus. z isti motus carnalis for
nicationis z cōcupiscentie ex peccato primozū
parentum p̄cesserunt. sicut pbat magister li. ij.
sententiarū. di. xx. c. j. **Et Hugo de factis.** li. j. c.
vj. **Si non peccassent primi parentes sine om**
ni peccato z macula in paradiso carnali copu
la puenissent z esset ibi thorax imaculat⁹ z com
mixtio sine concupiscentia atq; genitalib⁹ men

bris sicut ceteris imparent ut ibi nullū motus illicitum sentirent et sicut alia membra corporis alijs. s. membris admonemus ut manus ori sine libidinis ardore. ita genitalibus vterentur membris sine aliquo peccato carnis. hec enī letalis egritudo membris humanis ex peccato inheret. hec magister cū **Hugone**. Idem testat̃ **Augus. sup. Gen. ix. c.** Si non peccassent scilicet pmi parentes illis membris sicut pedibus imparent nec cum ardore seminarēt. videlicet viri nec cum dolore parerent. s. mulieres. Sed post peccatū motū illum. s. carnis meruerunt quem. s. motum nuptie ordinant. s. ad finem de bitum. Sed continentia. s. v̄ginalis vel vidualis cohibet. s. ne dñet. hec ille. Quicunq; enī hanc pellem carnalis mor⁹ deponere voluerit debet per artū foramē abstinentie ire. quia motus illicitus illius carnis frequēter ex gula nascitur et surgit. ut dicit **Greg⁹. xxxj. moral.** Uter mero estuans de facili spumat in libidinem. Cui⁹ ratio est. qz ex supflua crapula nature inflam- matur. ex cuius inflammatione frequēter insur- gunt desideria mala que tū potest homo extir- pare et deponere p abstinentiaz et ieiunium. qz **Ambro. in prefatione dicit.** Abstinentia ē ini- mica demonū. extirpatrix vitiōz. s. carnaliūz nouerca cūctorz malozū. expers morboz scz tam corporaliū qz spūaliūz qui sunt motus illi citi carnis. Tercio innotatio fit ab accipitre. de quo dicit **Greg⁹.** Quando i senectute se sen- tit alarum et pennarum pondere se grauari. ex- pandit alas suas contra solem flante austro. et serrepente aura in calozē resoluente aperiun- tur pori quibus apertis excutit alas. et sic ve- teres exiliunt et noue crescunt. et sic nouitas pennaz efficit ipm ad volanduz aptiozē. Mo- raliter per alas itelligitur crudelitas rapaci- um. Iux illud **Lach. v.** Habebant alas quasi milui. quia rapaces qsi milui res alienas ra- piūt. Ite ale multū grauāt hominē hic in cō- scientia. et ibi grauabūt eum in eterna pena. qz dicit apls. **i. Cor. vj.** Nolite errare fratres ne qz rapaces regnum dei possidebūt. et si nō pos- sidebunt dei regnum habebunt demonis infer- num. Qd autē grauāt in p̄scientia dicit **Aug⁹.** Lucrum in arca. damnum in p̄scientia. Tollit vestem. scz vsurarius vel raptor. et perdit fidē. acqrit pecuniam. et p̄dit iusticiam. Ideo dice- re potest cum ps. Sicut onus graue grauate sunt super me. s. diuitie inique per rapinam oc- cultam vel aptam acqsite. Cum ergo sentis te grauātū his alis expāde eas ad soles iusticie videlicet xpm. Sicut **Zacheus** qui dixit ad ip- sum. Si quid aliqū defraudaui reddo qdrū- plum. **Luc. xix.** Qutinā hoīes grauati rapaci-

tatis crudelitate redderent simplum. Sed au- deo certe dicere q inter centum vix vn⁹ excu- tit alas iniquitatis grauissimas. quia nondū for- te flauit auster inspiratio lenis spūsancti qui flauit i cor grauātū **Zachei.** qz ppter calozem spūsancti repente excussit alas crudelis rapa- citatis et innouatus est cum accepit alas mise- ricordie et pietatis. cum dixit. Ecce dimidiū bonozū meoz dñe do paupibus. **Luc. xix.** Et dicit notāter bonozū meozū contra illos qui de rapinis volunt pauperibus tribuere et cre- dunt se satisfecisse. Contra quos dicit beatus **Aug⁹ i li. de vita xpiana.** Quidā p hoc se iusti- ficari existimant qz de substantia pauperū exi- guam faciunt elemosynaz. Nam de eo qz pluri- mis abstulerūt. vni modicū quid largiūtur. ut vnde plures esuriunt vnus cibatur. et multoz spolijs vix pauci tegūtur. non vtiq; talem ele- mosynam requirit deus nec vult vni pietatē d alterius crudelitate p̄stari. Et subdit. illam ele- mosynam deus cōprobat que de iustis labori- bus ministratur. Sicut scriptum est **Prover. iij.** Honora dñm de tuis laboribus. Illam aut abominat et reprobāt q de lachrymis p̄statur alienis. Qd enī pdest si vnus bñdicat et pluri- mi maledicūt. Aut qd tibi p̄fert elemosyna q d alterius p̄statur substantia. q. d. nihil. Ideo ex- cutiende sunt ille ale crudelitatis rapacitatis et qd inique ablatum est reddi debet damni- ficatis. Et sic anima innouat. Alio modo mora- liter p alas quas debemus ad instar accipitrē excutere intelliguntur cogitationes hypocrite. Iuxta illd **Job. xxxix.** Cū tempus fuerit alas erigit. quia hypocrita cum alas inuenerit co- gitationes in publicum erigit vel demonstrat. Naz multotiēs ptingit qz hypocrite p gesta se humiles ostendunt et per hoc aliud se cogitāt habere. scilicet laudem vel fauorem humanū. Qotra quos dicit beat⁹ **Hiero i smone.** Per facile est vestem habere contemptā. salutare sō missius. manus osculari p̄lati. inclinatio capite et deiectis oculis humilitatē et mansuetudinez polliceri. letā voce smones ifringere. crebr⁹ suspirare. et ad omne v̄buz se misēz peccatozē vocare. Sed aliā docuit xps humilitatem qui cum maledicere non maledixit cum pateretur nō cōminabāt. Auferātur figmenta verborum cessant filati gesta. virū humilē patētia pbat et iniurie. Idcirco cogitationes illas hypocritas debet hypocrita expandere tanqz alas ad ra- dios solis. s. diuinitatis cui apte sunt omnes cogitationes. Iuxta illud ps. xciiij. Dñs scit cogitationes hominum. id est. hypocritarum. quoniam vane sunt. et sic debet excutere eas a corde suo ut possit innouari et in nouitate mē-

Dñica sexta p^a trinita.

tis ambulare. vt suadet apostolus i verbis al-
legatis. in nouitate vite ambulemus.

De eadem dominica. Sermo. ij.

Nisi abunda-
uerit iusticia vestra plus q^{uam} scriba-
rum et phariseorum non intrabit
in regnum celorum. Dat. v. Dicit. pli. i. spe.
natu. et Quicēna. q^{uod} Simeas est bestia lineamē-
tis hominis. p^{ro}p^{ri}etate. Nam extra habet quasi
easdem manus et pedes et potest duobus pedi-
bus ambulare sicut homo. et in lineamentis in-
trinfecus etiā ē homini similis et tū non est hō.
Et est indomita quia ipsam oportet p^{er} vincula
vel trunci alicuius obligationē domare. et dele-
ctatur in imundis vermib^{us} scz pediculis quos
deuorat. Et fm Ambro. in exameron ē leonis
medicina. Nam cum leo infirmat ex industria
nature querit simeam cui^{us} sanguine potat^{ur} cō-
ualescit. apparet homo et non est homo. Mo-
raliter huic animali similes erāt scribe et pha-
risei qui exterius quasi legis obfuariores et bo-
ni homines apparebāt. intus tñ pleni v^{er}mis
malay intentionū. Iux illud q^{uod} ait x^ps Dat.
xxij. Oia opa eoz faciūt vt videantur ab ho-
ib^{us}. Nam de ipis dicit ti. de lyra. q^{uod} tempo-
re ieiunij vitulas habuerūt per capita vt appa-
reret eos dolores capitis ex ieiunio acq^{ui}suisse
per quod notatur eoz mala intentio q^{uod} omne
eoz opus damnabat. fm illud Mat. xj. Si
oculus tuus. i. intentio tua neq^{ue} fuerit. i. nō est
bona. totum corpus tuū tenebrosū erit. id ē
omnia opera tua nullus sunt p^{ro}mi et meriti vel
salutis. Ideo dicit Greg. v. moral. Si i opere
bono intētio recta non tenetur hoc ipm opus
quod bonum creditur amittit. Et patet q^{uod} re-
cte erant simee. quia sicut simeas habet pedes
vt homo nō tamen est homo. Sic licz ipe habe-
bant pedes. i. intentiones non tñ erant huma-
ne. quia prudens homo omnia q^{uod} facit debet fa-
cere ad gloriā dei. fm aplm. i. Cor. x. q^{uod} ipsi
non faciebāt. ideo bestiales fm animā fiebāt.
Nam dicit Bern. sup. Cant. Si amans turpia
appetit intētio turpis est et sedans faciē anime
et spūs. Et si honesta appetit intentio honesta
erit. Item sicut simeas habet manus. sed nō hu-
manas. Sic quis pharisei habebant opera q^{uod}
designātur per manus non tamē erant huma-
na. quia leuia faciebant et maiora obmittebāt.
Iux illud Dat. xxij. De qui decimatis mē-
tam et anhetum. et relinquit q^{uod} grauioza sunt le-
gis. Itēz sicut simeas gloriatur in exteriori pul-
chritudine vt cum induitur interdū tunica ru-

bea vel viridi. ita pharisei solum exteriorē mū-
diciam et sanctitatē ad placendū hominib^{us} ap-
petebant nihil de interiori pulchritudine curā-
tes. ideo dñs afflābat eos sepulcris dealba-
tis q^{uod} foris apparent hoib^{us} speciosa. itus au-
tem sunt plena imundicijs. Dat. xxij. Et ite-
rum ibidem. Ne vobis scribe et pharisei q^{uod} mū-
dati q^{uod} de foris ē calic^{us} et papsidis. intus autē
estis pleni rapina et immundicia. Item sicut si
mea polluit os v^{er}mis imundis vt pediculis.
Sic ipsi polluebant ora sua mendacijs cuz di-
cebant Mat. xxij. Si fuissetis in dieb^{us} pa-
trum nostror^{um} non fuissetis socij eoz. i. sangu-
ne. pphetay. Sed mentiebant in sanguine do-
mini. oīuz pphetarū facti sunt rei et martyres
plures effecerāt et aplos psecuti. ideo facti sūt
cibus leonis infernalis qui circūit querēs quē
deuoret. i. Pet. v. Nra autē opa bona debent
esse pfectiora et abundantiora phariseor^{um}.
Iux illud Prover. xij. In omni ope bono erit
abūdantia. Ideo dicit h^{oc} domin^{us}. Nisi abūda-
uerit iusticia vestra plus q^{uam} et. In quibus v^{er}bis
p^{ri}ncipaliter tria tangūtur. p^{ri}mo perfectio x^pia
nozorū ibi. nisi abundauerit. secundo defectio
phariseorū ibi. iusticia vestra plus q^{uam} phariseo.
tertio clausio regni celoz. ibi. nō intrabit in
regnū ce^{lestis}. Circa q^{uod} notandū licz iusticia. p^{ro}p^{ri}e
sumatur p^{er} virtute qua reddit vnicuiq^{ue} q^{uod} suū
est. large tamen sumitur p^{er} bonitate. Nam glo.
sup illo ad Heb. j. Dilexisti iusticiam dicit q^{uod} p^{ro}
iusticiam intelligit omne bonū. Et Micro^{scopio} ad
demetriadem dicit q^{uod} omnes v^{er}itutum species
vno iusticie nomine cōtinentur. Et fm hoc di-
cit Aug^{ustinus} duas ptes esse iusticie. s. declinare a
malo et facere bonum. Et sic iusticia distinguit^{ur}
pt^{er} peccatū. et ita dñs loquitur hic de ius-
ticia. vnde sicut sunt varia dona gratiarū dei
ita varij sunt status et conditiones hominū
p^{ro}p^{ter} quā varietatem plerūq^{ue} accidit q^{uod} vnus
in vno statu saluatur qui si esset in alio statu dā-
naretur. quia quod sufficit vni ad salutē i vno
statu non sufficeret ei in alio. p^{ro}p^{ter} quod his
qui sunt in statu maiori in comparatione mino-
rum apte potest dici verbum thematis assum-
ptum. Nisi abundauerit iusticia et. videlicet
plus q^{uam} minorū non intrabit in regnū ce-
lorū. Et vterius taceatur de scribis et pha-
riseis qui sunt in lege alia. et de eis tactum est
supra in arenga. accipiende sunt comparatio-
nes i lege christiana in qua quidem aliqui sunt
plati. aliqui subditi. quidam religiosi. quidam
seculares. alij discipuli. alij doctores. et sic de
alijs. quibus singulis in quadam compara-
tione dici potest. nisi abundauerit iusticia v^{est}ra
plusquā illorū non intrabit in regnū ce-